Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 170

, 375.

Cod. CLXX.

Chartac: Fol: Sæc: 15. 2. 1.4.

1.

Pauli Wann sermones de Sanctis. Rubrica præfixa est: Incipiunt sermones de Sanctis per circulum anni editi per egregium doctorem Wann et eximium predicatorem patavienſem. Sermo primus de S. Andrea incipit: Rabi ubi habitas — venite et videte &c. Ista verba ad litteram intelligenda de beato Andrea. Iisdem verbis incipiunt sermones de Sanctis quos Trithem: de Script: eccles: cap: 817. Henrico de Herph attribuit.

Pauli Wann sermones de Sanctis. 2a – 121a

Paulus Wann Theologiæ doctor, Canonicus, ac prædicator Patavienſis eccleſiæ floruit circa finem Sæculi XV. Vide Script: univerſit: Vienn: P. II. p: 30.

2.

Evangelia de Sanctis cum glossa interlineari, et sequente Commentario. Incipit ab evangelio Matthæi: Liber generationis &c: Initium autem Commentarii est: Hoc evangelium scribitur Matth: primo capitulo. Et sciendum quod Moyses vir sanctus &c. Finit: Deo gratias 1465. Codex noster hos Commentarios in interiori compactura latet, qui eidem Paulo Wann videtur tribuere.

Evangelia de Sanctis cum glossa et Commentar: 122a – 226a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 170

, 376.

3

Tractatulus de arte moriendi 229a–236a

"Tractatulus de arte moriendi", ita titulus; initium est: "Melior est dies mortis diena, tivitatis eccl^ie 7mo." In calce: "Et sic est finis feria sexta ante Reminiscere anno domini 1466. deo gracias." Paun dif, fest a consueta arte moriendi, sepius in Codicum descriptione memorata.

4

Nicolai de Dinkelspühel epistola ad Joannem Hus. 237a–248b

Nicolai de Dinkelspühel Epistola ad Joannem Hus. Incipit: "Eloquenti viro domino verbi dei seminatori in praga hec epistola detur fratri suo in Xto di, lecto &c." Fusa est, et amica errorū ejusdem confutatio, cujus etiam meminit Hroswyt. in Bibl. Mellic: p: 174. Von der Hardt quoque eam anonymam dedit in actis Concilii Constantiensis.


5.

Tractatulus pro expeditione infirmorum. 249a–252a

"Tractatulus bonus pro expedicione infirmorum, qui sunt in articulo mortis." Sta inscriptio; initium est: "Quia circa infirmos majus est periculum, ideo cum ipsis circumspectius est procedendum."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 170

, 377.



Nic. Dinkelspühel Trait de dilectione Dei & proximi. "
253a–274a

6

Nicolai de Dinckelspühel Tractatus de dilectione dei et proximi, qui incipit: "Scribitur Matth: 22°. quod cum quidam etc. In codice presenti manus alienа superiori margini addidit: "Decem precepta perdoctorem Mann predicatorem; sed eam talis pa-tebit, si conferas Cod: XCVI. n. 2. ubi tan-tatus iste, ut et sequens expresse tribuitur Nicolao de Dinckelspühel.

Ejusdem sermones de X preceptis.
274a–307b

7

Nicolai de Dinkelspühel sermones de X preceptis, qui incipiunt: "Peter precepta legis nature". De his jam dictum Cod XCVII. n. 3. Id autem singulare habet praesens Codex, quod post primum sermonem non sequatur ille, qui incipit Redeundo ad materiam: ut in cod: cit.: sed alius de S. Jacobo, cujus intervente festo a conti-nuatione preceptorum author fuerat pre-peditus, hinc sermonem orditur in hunc modum: "Postquam vobis coqui de divi-nis preceptis cepi, intervenit festum S. Jacobi Apostoli hujus Ecclesie patroni." Inde quoque patet ratio, cur secundum de preceptis sermonem inchoaverit Re-deundo ad materiam.

Ejusdem sermo de correctione fraterna.
308a–310a

8

Ejusdem sermo de correctione fraterna. Rubricam praefert: Sermo de correccione fraterna pertinens ad materiam de dilec-cione proximi! Incipit: "Licut quilibet cum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 170

, 378.

" pos racionis." Unde elucet eundem esse
sermonem, quem Kropff: Bibl: Mellic: p: 183.
profert de reconciliatione fratris.

9

Meditationes de passione Domini ad singulas horas canonicas.

313a–337b

Meditationes de passione Domini ad VIII horas canonicas.

" Meditationes de passione Domini ad
singulas horas canonicas. Incipiunt: "Vos
omnes, qui transitis per viam etc. Heiver-
ba recitat Jeremias propheta in libro La-
arum lamentationum." Contuli has medi-
tationes cum tractatu de passione Domi-
ni Sylvestri de Rebdorff: de quo supra lo-
dice CXX n:1.: easque illi, excepto prolo-
logo in multis ad verba usque consentire,
in multis autem dissentire deprehendi.

10

Tractatus de secundo adventu Xti.

338a–348a

" Tractatulus de secundo adventu Christi
seu universali judicio," ita rubrica donat.
Initium est: "Celum et terra transibunt
verba autem mea manebunt, Luc: 21. Du-
bitatur an aliqua signa imminente prece-
dent die judicii" &c. Dubia proposi-
ta solvuntur et sacra scriptura, S. Tho-
ma, et aliis patribus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 170

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27507

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)